



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 21. Mors Nicolai IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII.

A. C. 1292.

Alb. Argent.
p. 109.*Steiro an.*
1291. *Hist.**Austr. ann.*
*colm. Ptol.**Luc.*

Papa Palæstinæ juvandæ spem aliquam posuerat in Imperatore Rudolpho. At hic Princeps naturæ cessit anno priorre 1291, tricesima Septembris, postquam undeviginti annos regnaverat, Romæ haud coronatus. Initio hujus anni Rex Romanorum Francofurti electus est Adolphus Nassovii Comes, cui dein Aquisgrani corona fuit imposita. Erat vir eximiis pulchrisque virtutibus ornatus, sed nec dives ipse, nec propinquorum opibus adjutus, quanquam ex antiqua familia. Sceptrum sexennio tenuit.

§. XXI.

Mors Nicolai IV.

Rayn. n. 17. Cuncta belli sacri consilia stitit decessus Papæ Nicolai IV, & longa summæ sedis vacatio. Senio confectus Romæ obiit anniversaria orbis redempti die 4 Aprilis an. 1292, ac sepultus est in templo Majore S. Mariæ, quod reparandum curaverat. Pontificatum gessit quatuor annos ac sex hebdomades: & post ejus mortem apostolica sedes biennio & duobus mensibus vacavit ob discordiam Cardinalium, quorum pars altera duce Matthæo Rubro de Ursinis volebat Papam Regi Carolo acceptum; altera sequebatur Jacobum Columnam. Romæ tunc agebant duodecim Cardinales; sex Romani,

J. Villani

l. 7. c. 150.

Rayn. n. 18.

19. 20.

*Jacob. Stefane/c. ap.**Boll. to. 15.*

p. 439.

Romani, quatuor reliqua ex Italia, & duo Galli. Post Papæ exequias eidem inclusis domui Episcopus Ostiensis Latinus de Ursinis ex Ordine Prædicatorum pulchra oratione suavit, ut celeriter dignum eligerent caput. Sed non movebantur: ac ne in loco quidem manebant. Cum per decem dies fuissent in ædibus, quas Nicolaus IV ad S. Mariam Majorem considerat, ad palatium Honorii IV prope S. Sabinam in monte Aventino situm, inde, quia etiam tum dissentiebant, ad S. Mariam, ubi olim templum Minervæ steterat, transferunt. At sub festum S. Petri diem, seu exeunte Junio ingruent morbi: unde Cardinalis Joannes Cholutus 2 Augusti occidit. Ex undecim Cardinalibus reliquis quatuor Reate profecti æstatem ibi ducebant salubriore utentes aère, scilicet Gerardus Parmensis, Matthæus Aquaspartanus, Hugo de S. Sabina natione Gallus, Petrus de S. Marco Mediolanensis. Sex Romani permabant Romæ, duo Episcopi, Latinus Ostiensis, & Joannes Tusculanus; quatuor Diaconi, Matthæus Ruber, Jacobus Columna, Napoleon de Ursinis, ac Petrus Columna. Benedictus Cajetanus se suam in patriam Anagniam contulit. Frangentibus se caloribus, morbisque remotis sub medium Octobrem Romam reversi convenere iterum ad Minervam,

Sæcul. XIII.
A. C. 1292.

p. 444.

Sæcul. XIII. nervam, sed suffragiis inter se jungi non
 A.C. 1292. poterant.

§. XXII.

Jacobus de Voragine.

Summa sede vacante vacabat etiam me-
 tropolitana sedes Genuensis, cum O-
 pizon Fiescus Innocentii IV, & Adriani
 V nepos finem vitæ fecisset eodem anno
 1292. Collegium una totum voce suc-
 cessorem elegit Fratrem Prædicatorem
 Jacobum de Voragine sic dictum ex pa-
 tria sua, oppidulo hujus nominis Genuam
 inter & Savonam sito. Jacobus sub an-
 num 1230 in lucem editus, anno 1244
 institutum religiosum Genuæ in coenobio
 S. Dominici complexus, egregia pietatis
 ac doctrinæ suæ specimina dedit: Do-
 ctorque Theologiæ, concionator celebris,
 & anno 1267 sui Ordinis per Lombar-
 diam Magister Provincialis factus, hoc
 officium viginti ferme annis exercuit.
 Cardinalis Latinus de Ursinis ejusdem
 Ordinis eum in Archiepiscopum Genuen-
 sem consecravit Romæ dominica *Quasi-*
modo 13 Apr. 1292: & Collegium Car-
 dinalium ei conciliandos Genuæ Guelfos
 & Gibellinos commisit: quod ille nego-
 tium tam bene gessit, ut civitatem per
 annos quinquaginta distractam in priti-
 nam concordiam reduceret. Nec ma-
 gis

Bzov. 1292.
 n. 11.